

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula II. In quibus datur majus & minus tale, in iis datur maxime & summe tale

urn:nbn:de:bsz:31-102400

REGULA II.

In quibus datur majus & minus tale, in iis datur maximè & summè tale.

I. In hōc axiomate fundatur argumentum Aristotelis, quō *X. Metaph. cap. VI.* probat, dari aliquam maximam differentiam, quam contrarietatem appellat, nempe: *In iis, qua differunt, aliqua magis, aliqua minus differunt. E. dantur, quae maximè differunt.* Ita, quia datur magis & minus calidum, datur aliquid, quod sit maximè calidum; Et quia datur magis & minus bonum, E. datur etiam summum bonum. Alii ita enunciant: *Magis tale & minus tale dicuntur per relationem ad aliquid, quod est summè tale.*

II. Sed objicitur: Si datō magis & minus tali, datur summè tale, sequitur, cum detur majus & minus malum, dari quoque summum malum; quod absurdum.

III. Respondet Durandus *I. dist. II. quest. I.* cum dicitur, quod magis & minus tale dicuntur per relationem ad aliquid, quod summè tale, dicendum, *quod habeat solum veritatem in effectibus positivis, non autem in privativis.* Cujus ratio est, quia unumquodq; reducitur in causam, sicut ab eā procedit. Effectus autē positivi habent causam positivam & positivè influentem, & idēd positivè reducuntur in eam. Et propter hoc, ubi est

Ecc

ma

RE.

magis & minus positivè dictum, oportet aliquid summè dari tale. Privativa autem non habent causam positivam & influentem, sed magis deficientem, & ideo non positivè reducuntur in causam positivè influentem, ita ut sit aliquid summè privativum, quod in sua influenza causet alia privativa, sed reducuntur in causam positivam, non à quâ fiant per se, sed quæ potuit deficere & deficit. Et ideo malum cum dicat privationem, non arguit aliquod summè malum, à quò causetur, sed tantum arguit esse bonum, quod potuit plus vel minus deficere.

REGULA III.

A comparativò ad positivum affirmativè valet consequentia.

I. Sed obstat, quod rectè dico, aquam esse leviozem terra; nec tamen verum est, quod levis fit. Sic & simplex furtum melius est sacrilegiò, nec tamen est bonum.

II. Sciendum, comparationem dupliciter sumi: I. *proprie*, prout exponitur per suum positivum, cum adverbio *magis*. Et sic *levius* idem est quod *magis leve*, & *melius* quod *magis bonum*. Et hoc modò à comparativò ad positivum affirmativè valet consequentia, ut: *Eruditio melior est divitiis*, i. e. *magis bona. E. est bona. Terra est gravior aquâ. E. est gravis*. II. *Improprie*, ut exponitur per oppositum sui positivi cum adverbio

minus:

*minus
& melius
compara
quenti*

Ap

I. U
illò. N

II.
cautel
de com
sitivum
si com
cum a
qua no
non est
tur le
malo.

I.
in alte
valet.
dissim
igitur
que pr
rum e
verum